



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Index synodalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 112 Sed committatur causa ait Trid. 1000
citato.
V. *Aqua benedicta* n. 1. *Benedictio* nu. 20.
Canonicatum optio. numero 20. 21. *Fun-*
ctiones Episcopales nu. 5. *Suspensio* n. 3. 4. 7.
10. 13. 15. *Torneamentum* numero 7. 8.

A D D I T I O.

Non incurrit irregularitatem Sacerdos male ordinatus concelebrans in sua ordinatione cum Episcopo ordinante, licet eo casu sit suspensus *Nald. v. sacerdos n. 7. contra Nau. Barbof. & alios.*

Iudex Synodalis.

- 1 IN Diœcesana Synodo eligantur saltem quatuor Iudices, quibus delegendæ erunt causa à sede Apostolica. *Trid. sess. 25. c. 10.*
- 2 Debent esse in ecclesiastica dignitate constituti, aut Personarum obrinentes, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonici. idem *ibid.*
- 3 Canonici collegiatarum, etiam insignium, alioqui Doctores, non possunt esse Iudices Synodales, etiam si nullus Doctor reperiretur, nec eis aptior in Capitulo Cathedralis, & inter obrinentes Dignitates decimum refert *Massobr. de Synod. cap. 4. dub. 10. in fine.*
- 4 Oppositum doceat alii apud *Barbof. de pot. Episc. alleg. 106. n. 12.* sed melius negatur, etiam si sint peritissimi.
- 5 Canonicus in Cathedrali dispensatus super minori ætate non potest esse Iudex Synodalis. *Massobr. loco cit. dub. 11.*
- 6 Canonici Regulares, aut Monachi, etiam si sint in Cathedrali, non sunt capaces delegationum Apostolicarum. *Archid. Geminian. Butr. in c. statutum 11. de rescript. in 6.*
- 7 Vicarius Episcopi Generalis potest eligi. *Massobr. dub. 13.*
- 8 Protonotarius Apostolicus item, ex eodem *dub. 12.*
- 9 Quam plures hodiè sunt eligendi in gratiam Regularium, ut ex iis Conferuatores sibi eligant. *Greg. XV. Anno 1621.*
- 10 In prouincia Mediolanensi debent nominari omnes Canonici Cathedra-

lium Ecclesiarum in Iudices, ex Decreto Sac. Congreg. Concil. edito 27. Septemb. 1614.

- 11 Iudici non Doctori, detur Assessor non suspectus. *Leo X. Anno 1515.*
- 12 Si quis obierit, substituatur alius ab Ordinario cum consilio Capituli vsque ad Synodum. *Gregor. XV. vbi supra.*
- 13 Qui tempore commissionis causarum reperiebatur constitutus in dignitate, & designatus inter iudices Synodales, commissionem resignauerit, poterit de eadem causa cognoscere. *Decisum à Congreg. Concil. 2. Martii 1587.*

V. *Notarius* nu. 31.
Synodus Diœcesana nu. 45. 46.

A D D I T I O.

Non potest esse is, qui est coadiutor Canonici Cathedralis Ecclesiæ. *Garz. de benef. p. 4. c. 5. in addit. post nu. 130. dub. 28.*

Vide Conferuatores.

Iuramentum.

- 1 NE exigantur, neque reddantur Iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel ecclesiasticæ libertati obuiantia. *Gregor. XIII. Anno 1584.*
- 2 Sub pœna suspensionis, & interdicti, & excommunicationis respectiue, cum reseruatione Papæ. *ibid.*
- 3 Tam ab actore, quàm à reo calumniæ Iuramentum exigi potest. *Prouinc. 5.*
- 4 Iuramentum clerico, non nisi à sacerdote deferatur, si ille examinandus est in foro seculari de licentia Episcopi *Prou. 6.*
- 5 Neque detur ab Episcopo licentia, vbi est suspicio de irregularitate. *ibid.*
- 6 Non licet in iudicio iurare diebus feriatis, nisi pro pace, & piis causis, pro rebus autem temporalibus minimè, nisi forte ex magna necessitate. *Sylu. Iuramentum 2. quest. 4. standum consuetudini locorum. Nald. Iuram. n. 6.*
- 7 Relaxatio Iuramenti ne vnquam detur, nisi ad agendum tantum: nullo modo ad excipiendum. *Prouinc. 5. nisi defensionis ergo.*
- 8 Et ne ad agendum quidem post commissum